

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XVI. De Bigamia.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

* Vnde *coniux innocens* dotem uel donationem propter nuptias, si quæ post adulterium commissum constituta, non lucratur. Hic simul notes, quod *mariti innocentis*, qui uiuus de adulterio questus non est, *heredes* uxorem adulteram dote, aut, quam loco dotis petit, portione statutaria priuare nequeant.

TIT. XVI.

DE BIGAMIA.

§. CCVII.

Bigamia,
feu

Bigamia (§. CLXI.) est matrimonium, quod quis, coniugem legitimum iam habens, more ecclesiastico contractum carnali consummauit coitu.

§. CCVIII.

Vnde hæc deduco axiomata:

- I. Non nisi *coniugem legitimum habens* fieri potest bigamus.
- II. Statim atque consensui, quem coniugatus de nouo matrimonio ineundo declarauit, accedunt *ceremonie*, quas præscribunt LL., contrahitur, &
- III. si præter has accedat *carnalis copula*, consummatur bigamia.

§. CCIX.

quod quis
priori con-
iuge super-
stite

Ex primo axioma (§. pr. i.) consequitur (i) ut qui *dolo, ui, metu* ad prius matrimonium contrahendum adactus *x*),
quiue

x) HARPPRECHT *Resp.* 16. nr. 67. seq.

quiue (2) a legitimo coniuge quod *ad uinculum separatus* est, nouum contrahendo & consummando, bigamiam committere nequeat; (3) ut, qui, post *sponsalia* cum hac publice celebrata coituque firmata, cum illa nuptias solemnes facit, non sit bigamus y).

§. CCX.

Secundum (§. CCVIII, 2.) docet, (1) interueniente neque *sponsalia*, quæ coniugatus cum ex-ente sacerdote contraxit, (2) neque *coitum*, hæc ^{dotali &} secutum &c. bigamiam constituere, sed, ut præterea ceremoniæ ecclesiasticæ adhibitæ fuerint, requiri. Hinc, ubi uel nullæ z) uel uitiosæ adhibitæ fuerunt ceremoniæ a), cessat bigamia uera.

§. CCXI.

Ex tertio (CCVIII, 3.) colligo, bigamiam non consummasse (1) eos, qui post ^{pula con-} benedictionem, quam petierunt sacerdotalem, carnaliter non sunt congressi b); (2) eum, qui posteriorem coniugem cognoscere nisus est, sed frustraneo ausu c).

H 4

§. CCXII.

y) LEYSER sp. 587. m. 15.

b) STEPHANI ad C. C. a. 121.

z) HORN cl. XV. Re b. 50.

c) GILHAVSEN arb. crim. c. 2. tit. 19.

a) HOMBORG Resp. 166. nr. 2.



§. CCXII.

delictum
est, &

Bigamiam I. Germ. antiquo *d)* & hodierno *e)* delictum, & quidem adulterio grauius (§. LV, 7.) esse, certum est. De eo autem: num bigamia iure diuino, eo-que positiuo, delictum nominandum? disceptarunt WILLENBERG, WEICKHMANN, WERNSDORFF aliique.

§. CCXIII.

quandoque
crimen

Quum delictum non, nisi dolo malo perpetratum, transeat in crimen: sequitur, ut, si non in totum in tantum tamen, de crimine bigamiæ excusandus sit (1) qui *periculo uitæ* adactus, aut (2) *copia prioris coniugis* destitutus, aut (3) priorem coniugem adhuc uiuere *ignorans f)*, aut (4) prius matrimonium uel nullum uel solutum esse *g)*, aut illius dissolutionem contra fas negari iudicans, nouum coniugem sibi adfociauit. Cur uero (5) eum, qui ob priora sponsalia ad secunda prouolauit uota, seque coniugem præstitit, bigamiæ crimine uacare cum BERGERO *h)* statuam, equidem non uideo.

§. CCXIV.

uindican-
dum pœna
gladii,
quam

Seueriori pœna atque coercetur adulterium,

d) L. Longob. II, 13.
1. 5. Wisigoth. III, 2, 6.
Capitul. VI, 42. 255.

e) C. C. C. art. 121.

f) CARPZOV qu. 66.
nr. 65. seq.

g) BERGER *Elect. Jurispr. Crim. suppl. p.*
II. obs. 144.

h) BERGER c. l.
obs. 153.

terium, crimen bigamiæ uindicari iubet Carolina Nemesis i). Quarundam pro- uinciarum leges gladio k), aliarum uero suffocatione l) illud uindicant. I. Palat. m) uel gladii uel suffocationis pœna irrogan- da est, prout maritus aut uxor crimen commisit bigamiæ.

* Quod pœnam capitalem in crimen bigamiæ statuentes euangelici papizent, contendit STRYK de reliq. sacram. in matrimon. c. III. §. 46.

§. CCXV.

Quæ tamen pœna CESSAT, ubi prius ex quibus- coniugium uel nullum est uel solutum dam causis (§. CCIX.); MITIGATUR uero (1) ubi mitigant, dolus in tantum deficit (§. CCXIII.); (2) ubi bigamia non nisi attentata (§. CCX.), dum in alterutro uel corporum deficit coniun- ctio uel legitima sacerdotalis benedictio (§. CCX. seq.) *; (3) ubi alia probari potest causa, pœnam in crimen adulterii statutam mitigans n). De eo tamen, num coniux prior idemque innocens intercessione sua pœnam

H 5

pœnam

- | | |
|---------------------------|------------------------|
| i) c. art. 121. | VIII. a. 39. Bayer. O. |
| k) Ord. Polit. Iuliac. | apud SAVRIVM p. 71. |
| p. m. 17. Peinl. L. G. O. | |
| in Oesterreich ob der | m) Malef. O. tit. 31. |
| Enns p. II. a. 77. §. 7. | §. 1. |
| Bad. Land. R. VII, 38. | n) GRASS collat. I. |
| Ius Lubec. IV, 6. 1. | Ciu. cum Const. Car. |
| Magd. P. O. c. 69. §. f. | sect. XIX. §. 2. p. w. |
| l) Tyrol. L. O. lib. | 896. |

pœnam minuere possit? disceptatur o).
Cum GRIBNERO p) Vitembergenses
adfirmatiuam tenent q) hodie r).

• Singulare est, quod p. IV. *const. El. Sax.* 20.
§. 2. coniugem, qui sponsalia publice celebra-
uit, prout ea coitu firmavit, nec ne, uel gla-
dio uel præter infamiam carceris relegationis
aliaue pœna arbitraria coerceri iubeat.

§. CCXVI.

ex aliis ex-
asperant.

Contra, si quis bigamiam (1) *iteratam*
aut (2) *duplicatam* contraxerit, aut (3)
leuioris conditionis homo feminam au-
to genere natam seduxerit s): eum gra-
uiore pœna coercere nullus dubitarem.

§. CCXVII.

Socius.

Persona, quacum posterius contractum
est consummatumque matrimonium, bi-
gamo societate sceleris iuncta uidetur, at-
que, si in dolo fuit, capitalem alibi t) alibi
corporalem u) pœnam sustinere debet.

§. CCXVIII.

Iudicium
ciuile.

Si uel maxime prius matrimonium
propter

o) CARPZOV *pr. crim.*
q. 66. nr. 39. seq.

p) d. *de intercess. con-
iug. in crimine bigamie*
c. 2.

q) WERNHER p. I.
obs. 133. 189. p. III. *obs.*
91.

r) HORN *cl. XV. Resp.* 41.

s) *Westerr. Peinl. L.*

G. O. p. II. a. 77. §. 8.

t) *Chur-Pfältz. W. O.*
tit. 31. §. 3.

u) PVFENDORF in-
trod. *in proc. crim. Lu-
neb. c. 24. §. 29.*

propter defectum ceremoniarum ecclesiasticarum nullum, atque adeo posteriori crimen polygamiae subesse nequeat (§. CCIX. CCXVI.): posterior tamen coniux, qui quæue priorem coniunctionem ignoravit, *ad diuortium* agere, nec non *datorum restitutionem & damnorum resarcitionem* petere potest *x*).

§. CCXIX.

Bigamiae crimini accedere uidetur *crimen binorum sponsaliorum*, seu contractus posteriorum sponsaliorum tempore, quo priora adhuc consistebant, dolo malo initus. Illius pena uariatur pro locorum uarietate. Quæcunque uero sit, cessat (1) ubi *priora sponsalia nulliter inita*, aut (2) iudicis auctoritate *rescissa*. Sic quoque mitiori pena adficitur, (3) qui postquam priuatim quidem, ex iusta tamen causa, de prioribus transegit sponsalibus, ad posteriora uolauit *y*).

Crimen binorum sponsaliorum.

TIT. XVII.

DE

STUPRO VIOLENTO.

§. CCXX.

Stuprum (§. CLXVII.) dissentienti illatum, *uolentum* dicitur (§. CLXI.).

Stuprum uolentum, seu

§. CCXXI.

x) LEYSER c. sp. *y*) ID. c. sp. m. 26. m. 23.

